Pinniolus grasia ts. Ihoannes iustiz ts.
Bellitus iustiz ts. Martinus supradict' pbr scripsit.
Placuit predictis canonicis deinceps recipere hos clicos uolentes 7
promittentes se subicere eis, eo quod maiores natu erant ut regula docet.
H sunt nña. Donicus pbr. Petr' diaconus. Donicus subdiacon'. Zuleimen pbr.

Carta de foris moris columbrie. q fec comes henric' 7 ei uxor regina tarasia.

In di nne. Placuit michi comiti henrrico 7 uxori mee tarasie reg. domini adefonsi filie. uob qui columbrie estis maiorib' 7 minorib' cuiuscumq; ordinis sitis in ea morantib', kartam facere firmitatis ub 7 filiis uris 7 progeniis. de stabilitate ura 7 foro atq; seruicio. In p'mis. ut nunquam faciatis nob senaram. Et de preda de fossado, non detis nobis plus quam quintam partem. 7 azaga duas partes 7 ub remaneant duas. Et de azaria nob quintam parte. ub quattuor. absq; ulla alcaidaria. Siquis militum emerit uineam trbutario. sit libera. Et si accepit in coniugium uxorem tributarii. omnem hereditatem quam habuit. sit libera. Et tributarius si potuit ee miles. habeat morem militum. Milites, quot iugarios potuerint habere in hereditate sua quam habuerint intus columbrie uel extra. tam in uillis quam in munitionib', habeant illos liberos in suo seruicio. Et non intrent in eis causam uel homicidium. Et si aliquis militum uenerit in senectute ut non possit militare. quandiu uixit. sit in honore militum. Et si miles obierit. uxor que remanserit, sit honorata uti indieb' mariti sui. Et null' eam uel filiam alicui accipiat in coniugium. sine uoluntate sua 7 parentum suor. Saion non eat domum alicui sigillare. S; si aliquis fecerit aliqd illicitum. ueniat in concilium 7 iudicet' recte. Iudex 7 alcaide sint ub ex naturalibus columbrie 7 sint positi sine offertione. Clerici columbrie habeant morem ac honorem militum. In uineis 7 t'ris 7 domib'. Et si alicui militum obierit equs 7 non potuerit emere altium. nos dabimus ei 7 si nos non dederim'. stet honorat'. donec possit habere unde emat. Infanzon non habeat in columbria domum. uel uineas. nisi qui uoluerit habitare uobcum. 7 seruire sicuti uos. In illas azenias, non detis plus quam quartadecimam partem. sine offrecione. Pedites, de ratione quam solebant dare de cibaria dent medietatem. p quartario de sexdecim alqueires. sine brachio posito 7 tabula. De uino 7 lino. dent octauam partem. Et

de madeira et ligna que adducunt pro uendere dent octauam partem.
In lagaradiga de uino. de quinque quinales inferius dent almude et
si supfuit. dent quartam sine ulla offrecione et iantar. Nullus miles
extraneus intret domum alicuius sine uoluntate domus domini. Si ali
quis laborator habuerit iucionem. non faciat cum ea aliquod [illegible].
Almoqueri faciant unum seruicium in anno. Et inter uos non sit ulla
manaria. Et si aliquis uestrum uoluerit seruire alio domino. uel ire in aliam terram.
habeat potestatem sue hereditatis. habendi. uendendi. uel donandi. Sculcas
ponamus nos medietatem anni et uos medietatem. Non detis portaticum
uel alcaualam. aut cibariam custodibus ciuitatis uel porte. Columbriam numquam
dabo per alcaualam alicui. Non introducam mirinum barrosum uel ebrar
dum columbriam. homines de bolon dent nobis quartam partem et non
cornaria. Promittimus non tenere in mente uel corde malam uoluntatem
uel iram de hoc quod usque nunc usque egistis aduersum nos. Sed habebimus
gratum quod collegistis nos et honorabimus uos. ut melius potuerimus.
Et neque iniuriam re uel iniuris corporibus habebitis des honor uel perdicia. Ego he
ricus et tharasia. qui hoc scriptum facere iussimus. propriis manibus robora
uimus. facientes hec signa. Facta carta. VII. kl. iunii.
Era. M. C. XL. VIIII. Qui iurauerunt quod hic scriptum est seruare semper
cum fe. sine malo ingenio. In primis. comes henricus et uxor eius domna tarasia. Fernandus
telliz. fafila lux. Pelagius pelaiz. Petrus gundisaluiz. Menendus uene
gas. Gomez nuniz. Petrus pelaiz. Qui presentes fuerunt. omnis scola comi
tis et omne concilium columbrie. Tellus presbiter notuit. De moribus santaren.

In nomine domini uiui atque redemptoris mundi piissimi. atque inuictissimi im
peratoris et humani generis redemptoris filii eius ihesu christi et ambobus procedentis
spiritus sancti. Omnibus hominibus modernis namque et futuris loquor et ut mansuete
que dicuntur audiatis deprecor. Verba enim sunt domni mei imperatoris Al
fonsi. Certum namque ubi est qualiter omnipotens dominus non meis meritis neque uir
tutibus. sed propria uoluntate sicut ipse uoluit. tradidit ciuitatem sancte herene
in manibus meis. quod incredibile ab omnibus aliquando erat. Quam ego
letanter uolens christianis populare. ut in ea maxime nomen christi honoraretur
matrisque eius uirginis marie. spopondi omnibus christianis in ea habitantibus
me facturum meis consuetudinibus cartam. ad honorem omnipotentis dei et sancte
marie uirginis. pro remedio anime mee uel parentum meorum. sicut et facio et pactum.

Foral de Coimbra. Transcripción.

[1] In Dei nomine.

[2] Placuit mihi comiti Henrico et uxori mee Taresie regis domni Aedfonsi filie vobis qui Colimbrie estis maioribus et minoribus cuiuscumque ordinis sitis in ea morantibus cartam facere firmitatis vobis et filiis vestris et progeniis de stabilitate vestra et foro atque servitio.

[3] In primis ut nunquam faciatis nobis senaram, et de preda de fossato non detis nobis plus quam quintam partem et azaga duas partes et vobis remaneant duas et de azaria nobis quintam partem vobis quatuor absque ulla alcaidaria.

[4] Si quis militum emerit vineam a tributario sit libera et si acceperit in coniugium uxorem tributarii omnem hereditatem quam habuerit sit libera, et tributarius si potuerit esse miles habeat morem militum.

[5] Milites quot iugarios potuerint habere in hereditate sua quam habuerint intus Colimbrie vel extra tam in villis quam in munitionibus habeant illos liberos in suo servitio et non introeat in eis rapsum vel homicidium.

[6] Et si aliquis militum venerit in senectute ut non possit militare quandiu vixerit sit in honore militum.

[7] Et si miles obierit uxor que remanserit sit honorata ut in diebus mariti sui et nullus eam vel filiam alicui accipiat in coniugium sine voluntate sua et parentum suorum.

[8] Saion non eat domum alicui sigillare sed si aliquis fecerit aliquid illicitum veniat in concilium et iudicetur recte.

[9] Iudex et alcaide sint vobis ex naturalibus Colimbrie et sint positi sine offrecione.

[10] Clerici Colimbrie habeant morem et honorem militum in vineis et terris et domibus.

[11] Et si alicui militum obierit equs et non potuerit emere alterum nos dabimus ei et si non dederimus stet honoratus donec possit habere unde emat.

[12] Infanzon non habeat in Colimbria domum vel vineas nisi qui voluerit habitare vobiscum et servire sicut vos.

[13] In illas azenias non detis plus quam quartam decimam partem sine offrecione. Pedites de ratione quam solebant dare de cibaria dent medietatem per quartario de XVI.m alqueires sine brachio posito et tabula. De vino et lino dent octavam partem et de madeira et ligna que adducunt pro vendere dent octavam partem. In lagaradiga de vino de quinque quinales inferius dent almude et si super fuerit dent quartam sine ulla offrecione et iantar.

[14] Nullus miles extraneus introeat domum alicui sine voluntate domus domini.

[15] Si aliquis laborator habuerit ivicionem non faceat cum ea aliquod fiscum.

[16] Et almoqueri faciant unum servitium in anno.

[17] Et inter vos non sit ulla manaria.

[18] Et si aliquis vestrum voluerit servire alio domino vel ire in alia terra habeat potestatem sue hereditates <abendi> vendendi vel donandi.

[19] Sculcas ponamus nos medietatem anni et vos medietatem.

[20] Non detis portaticum vel alcavalam aut cibariam custodibus civitatis vel porte.

[21] Colimbriam numquam dabo per alcavalam alicui.

[22] Non introducam Munium Barrosum vel Ebraldum Colimbriam.

[23] Homines de Bolon dent nobis quartem partem et non cornaria.

[24] Promittimus non tenere in mente vel corde malam voluntatem vel iram de hoc quod nunc egistis adversum me sed habebo gratum quod collegistis nos et honorabimus vos ut melius potuerimus et neque in vestra re vel in vestris corporibus habebitis desonor vel perdita.

[25] Ego Henricus et Taresia qui hoc scriptum facere iussimus propriis manibus roboravimus facientes hec -+-+- signa.

[26] Facta VII Kalendas Iunii Era T.C.XL.VIIII.

[27] Qui iuraverunt quod hic scriptum est servare semper cum fe sine malo ingenio: In primis comes Henricus et Taresia, Fernandus Telli, Fafila Luz, Pelagius Pelaiz, Petrus Gondisalviz, Menendus Venegas, Gomeze Nuniz, Petrus Pelaiz.

[28] Qui presentes fuerunt omnem scolam comitis et omnem concilium Colimbrie.

[29] Tellus presbiter scripsit.